

Sermo

3

7 in concilio luce damnatio circa penam. non tamen est determinata.

In tercio gradu specificatur contumelia. 7 in gehena determinatur pena. *Psalmista.* *Idones eos ut elibanu ignis. 28.* Ecce pena ire in mente. do minus in ira sua cõcurbabit eos. ecce pena ire cum voce. 7 deuorabit eos ignis. ecce pena ire cum contumelia manifesta

Quarto suadet satisfactio iniuriarum cum dicitur. *Si offers munus tuum ad altare. 28.* Hic ostenditur q̄ liter proximu placare debemus quelesimus. 7 exprimitur mala que surgunt ex contumelia vel iniuria fratris. que sunt lesio consciencie. obligatio anime. impedimentum obligationis. *Ait ergo.* *Si offers. i. offerre. pponis munus. s. orationis. vel cuiusq̄ boni operis. ad altare. i. in fide incarnationis.* *De quo. Exodi. xx.* Altare de terra facietis mihi 7 offerretis super illud holocaustu. s. opera perfectorum. 7 pacifica. s. opera imperfectorum. *Quæ simplicitatis 7 innocencie. 7 boues macerationis carnis proprie. 7 ibi recordatus fueris. q̄ fratruus. que tu lesisti. habet aliquo aduersum te pro contumelie affectione vel corporali lesione vel fame denigratione. vel anime lesione. vel temporalium subtractione.* *Relinque ibi munus tuum ante altare. i. differ offerre.* *Dicit hic glosa. non ait referri quia quod recte offerre debet mutari non licet. non em̄ debet quis vocare contra bonum propositu. nisi aliquid utilius vel melius facere mediter.* *Supra hoc loco dicit Cassianus* *Non ait. si habet veram querelam*

Octuagesimussertus

7

aduersu te. sed si habet aliquo leue etiam ac vile in quo fratris vite commotio fuerit excitata. scias te precu tuarum offerre spiritualia munera non debere. nisi prius qualibet ex causa orta in tristitiam de corde fratris tui benigna satisfactione depuleris.

Bernardus. *Quid oratio tua aliud opus quodcumq̄ infeceris sapere tibi. contra quem cristus anxie clamat de pectore fratris tui quem contristasti. filius matris mee pugnavit contra me.* *Quid ergo tunc leue dixeris. in quo ostenditur cristi vnus ad dei iudicium protrahi*

Hic habemus argumentum q̄ cor nrm scrutari debemus aliquo collaturi. *Unde. Ecclesiastica. xvij.* *Ante orationem prepara animam tuam. 7 noli esse quali homo qui temptat deum.* *Questum fuit a beato Bernardo.* *Si abbas aduersus quempiam commotus fuerit. sed non adeo ut euz ledere velit. adeo tamen ut libenter accipiat. sed quando alium ledi contigerit.* *Actum in illa commotione tuum sit accedere ad altare. an se subtere interim debeat donec compescatur commotio.* *Et respondit.* *Quisq̄ mihi contingat turbatum accedere ad sacrificium cum ira 7 discensione contingere saẽmentum.* *In quo deus indubitanter est mundu reconciliat sibi. certe nõ recipitur munus qd̄cuq̄ meum. quod defero ad altare. nisi ante placato fratre quem me forte a te lesisse memoror. quanto minus si meipsum non placauero.* *Et vade prius reconciliari fratri tuo. passibus corporis si presens est 7 competeter fieri potest. si vero absens est sufficit*

215